



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. VII. De aliis duabus causis revocandi donationem inter vivos, ob supervenientiam scilicet liberorum & inofficiosam donationem?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

merè personalia, extinguitur; tùm quòd remississe talem revocationem censetur donans, qui scivit donatarij ingratitudinem, contra eum tamen nihil movit.

## §. VII.

*De aliis duabus causis revocandi donationem inter vivos, ob supervenientiam scilicet liberorum & inefficaciam donationem?*

**S**iquis liberos non habens, omnia sua bona, vel partem eorum notabilem donavit, donatione propriè dictà, quæ non tam remuneratoria est, aut pie causæ facta, ac postea inopinatò, & præter spem liberos legitimos suscipiat, etiamsi unicus ille tantùm filius esset, re-

vocare potest donationem factam, ob quòd censetur donatio facta talis, naturalis jure sic præsumente, nisi liber nascantur, cùm nemo censetur revocare, posteros suos, seu liberis præteritis, ita ut etiamsi Ecclesiæ, aut pie causæ facta sit talis donatio, saltem ulque legitimam liberorum revocari potest.

Denique etiam revocatur donatio officiosa, quæ nimium facta est cum officium paternæ pietatis in filios adnuendam legitimam, qui per quædam apud ludicem institutam, post mortem parentis donantis, saltem ulque legitimam, revocare possunt donationem factam; de qua querela, & inefficacia donationis revocatione præcipitur.

## TITVLVS XXV.

## DE PECULIO CLERICORUM.

**P**eculii nomine hinc veniunt bona Clericorum, seu beneficiorum secularium; quæ bona in triplici differentia sunt, alia enim sunt bona patrimonialia, quæ Clerico beneficiato competunt ex hereditate v. g. ex donatione, aut aliis contractibus Civilibus &c. quæ bona etiam peculium Castrense dicuntur. Alia sunt bona quasi patrimonialia, bona sive peculium quasi castrense, quæ clerici beneficiati acquirunt ut stipendia suorum laborum, officiorum & ministeriorum Ecclesiasticorum. Alia denique dicuntur bona merè Ecclesiastica sive

peculium profectitium, aut reddituum beneficiorum, quos habent tales beneficiati Clerici sui beneficiorum Ecclesiasticorum. De his ergo bonis Clericorum.

## §. I.

*An Clerici sint veri Domini bonorum, ac reddituum Ecclesiasticorum, quos ratione beneficii percipiunt, etiam superfluum, an vero sint administratores tantum eorum?*

**C**ertum est primò, quòd Clerici beneficiati seculares Domini sunt bonorum patrimonialium, & quæ